

www.e-rara.ch

**Ioannis Marianae E Societate Iesv Scholia In Vetvs Et Novvm
Testamentum**

Mariana, Juan de

Parisiis, M. DCXX

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-125142>

Epistola ad Laodicenses.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Eucharistia putat hic Paulum agere de eo Sacramento. q. d. Eucharistiam sumite. Quod nec probamus, nec reiicimus.

16. *Docentes.* s. estote vos ipsos. *In gratia.* i. cum gratiarum actione, aut suauiter cantantes.

17. *In nomine Domini Iesu Christi,* supple facite, ut multi cod. Latini & Got. & Syr. habent. Serui obedite: *Non ad oculum seruientes.* i. illis tantum presentibus & videntibus. s. heris.

23. *Ex animo operamini.* Syr. ex tota anima vestra. i. libenter non coacti.

25. *Qui enim iniuriam facit,* Græc. qui autem iniuste egerit, siue peccauerit non obseruans. s. quæ præcepi, dabit pœnas. Si nostram literam sequimur, sensus erit, qui iniuriam fecerit, siue herus austeritate, siue seruus non obediendo, punietur, prout se gessit.

CAPVT IIII.

3. **V**T Deus aperiat nobis ostium sermonis, orate. i. occasionem offerat liberè docendi. *Mysterium,* sic Euangelium vocatur, quia occultum, nisi quibus Deus id reuelat.

5. *In sapientia.* i. cautè cum infidelibus agite, aut parum. *Redimentes tempus.* i. illud benè collocantes, ut ad Ephes. 5. v. 16. Aut captantes opportunitatem cum illos agendi, eos conuertendi

6. *Sale.* i. prudentia & gratia sermo sit conditus.

9. *Qui ex vobis est.* s. Onesimus, qui erat Colossensis. Fuerat is Onesimus Philemonis seruus.

A 10. *De quo accepistis mandata.* i. scripsi vobis de eo s. Marco Barnabæ consobrino.

11. *Qui sunt ex circumcisione.* i. ex Iudæis facti Christiani. *In regno Dei.* i. Euangelio sunt adiutores mei.

12. *Epaphras qui ex vobis est,* fuerat eorum Apostolus & Doctor cap. 1. v. 7. *Pleni in omni,* ibi coma. i. in omni negotio. Got. in omnibus. *Voluntate Dei.* i. ut voluntatem Dei impleatis.

13. *Et Hierapoli,* Colossæ, Laodicea, & Hierapolis erant vrbes præcipuæ Phrygiæ, quæ paulò post hoc tempus terræmotu conciderunt, ut scribit Orosius.

14. *Et Demas.* Hic postea deseruit. Paulum 2. ad Timot. 4. v. 10. an & fidem?

B 15. *Nympham,* vir erat, id indicat pronomen, eius, ibi: *In domo eius,* quod Græc. est masculinum.

16. *Eam quæ Laodicensium.* Græc. τὴν ἐκ λαοδικείας, quæ ex Laodicea. Sic Chryf. & Theophyl. legunt. Syr. eam, quæ scripta est ex Laodicea. Velef. sic ἡ ἐκ λαοδικείας ἡμῶν ἀνεζηλώθηται, & quæ Laodicensium, vobis legatur. sic nos ter Græca legit. Illud ἐκ λαοδικείας per genitiuum vertit. De hac epistola magna est concertatio. Nos quæ in Goth. miræ antiquitatis codice est, statim post epist. ad Colof. subiiciemus cum nostra de re tota censura.

17. *Dicite Archippo.* Hic in Epaphræ locum successerat Doctor eius gentis. Quid? *Vide ministerium,* forte legnis erat.

18. *Gratia vobiscum.* Sic Græcè & Syr. Got. gratia Dei vobiscum. Quidam codices Latin. & Græci, gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum.

EPISTOLA AD LAODICENSES.



PAULUS (Apostolus) non ab hominibus, neque per hominem, sed per Christum Iesum, fratribus qui sunt Laodicea, gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino Iesu Christo. Gratiarum ago Christo per omnem orationem meam, quod permanentes estis in eo, & perseverantes, promissa expectantes in die iudicij. Neque distubat vos quorundam vaniloquentia insimulantium, ut (vos) auertant à veritate Euangelij, quod à me predicatur. Et nunc faciet Deus, ut qui sunt ex me, perueniant ad profectum veritatis Euangelij deseruientes, & benignitatem operum facientes, quæ (sunt) salutis vitæ aeternæ. Et nunc palam sunt vincula mea, quæ patior in Christo; in quibus letor & gaudeo: & hoc mihi est ad salutem perpetuam. Quod ipsum factum est orationibus vestris, administrante Spiritu sancto, siue per vitam, siue per mortem. Etenim mihi viuere vita in Christo, & mori gaudium. Ipse in vobis faciat misericordia sua, ut eandem dilectionem habeatis, & sitis vnanimis. Ergo dilectissimi, ut audistis presentia mei, ita sentite & facite cum timore Dei: & erit vobis vita in aeternum (est enim Deus qui operatur in vobis) & facite sine tractu quodcunque facitis, & quod (optimum) est dilectissimi, gaudete in Christo: & præcauete sordidos in lucro homines. Sint petitiones vestrae palam apud Deum. Et estote firmi in sensu Christi. Et quæ integra sunt & vera, & pudica, & iusta, & amabilia sunt, facite: & quæ audistis & accepistis in corde retinete: & erit vobis pax. Salutant vos sancti. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Et facite legi Colossensium vobis.

Hanc epistolam, in codice bibliorum Gothico inuenimus miræ antiquitatis & fidei, vbi apocrypha, nulla, non Manassis oratio, nec tertius & quartus Esdræ libri. Psalmi ex ipsa Hieron. versione. Nec mouet, quod Epiph. affert l. 1. tom. 3. Martionis nomine ex epistola ad Laodicenses: vnus Dominus vna fides. Nam Martion epistolam ad Ephes. vbi illa verba sunt, putauit ad Laodicenses missam, vt colligitur ex Tertul. lib. 3. contra Martionem cap. 11. & 17. Philastrius c. 89. epistolæ ad Laod. meminit, quam in Ecclesiis ait nō legi. Neque id mouet, quoniam in ea epistola, qualdā ambiguis sententias contineri ait. In hac nihil ambiguum, omnia consona pietati. Hieron. in catalogo, in Paulo: legunt, inquit, quidam & ad Laodicenses epistolam, sed ad omnibus exploditur. Theod. ad Colossens. 4. fictam ad Laodicenses epistolā proferri ait. Verum, an de hac nostra epistola, an de alia

A eodē titulo loquantur, incertum. Chryf. & Theod. ad Coloss. 4. Paulum eo loco non de epistola ad Laod. ab ipso missam loqui putant, sed de ea, quam Laodicenses scripsere ad Paulum. De quo eo loco est dictum. Mouet magis tū Baronius Cardinalis anno Christi 60. tum Sixtus Sen. 2. l. in Paulo altera producta hac epistola, alter de ea loquens, eam sugillant viri doctissimi. A quorum censura recedere nolim. Sed Paulū plures alias epistolas præter eas, quæ sunt in canone scripsisse, dubiū non est. Ex illis hanc conseruatam propter mentionem, quæ de ea fit in epist. ad Col. suspicabar: nam stylus cum Pauli stylo cōsentit. Verba omnia pietatē redolent. Iniqui iudices aduersus nos simus, si tantæ antiquitati fidē detrahamus. Porro in nostro codice hæc epistola post epistolā ad Col. sequitur. In ea pauca, quæ in nostra deesse visa sunt, ex Syxti exēplari suppleuim⁹, sed lineis omnia notata. Plura nō addimus.

AD THESSALONICENSIS PRIMA

CAPVT PRIMVM.



H Siluanus. De hoc fit mentio 2. ad Corint. 1. v. 19. A quibusdam creditur esse Silas, de quo in Actis Apostolorum sæpè.

Ecclesia Thessalonicensium.

Thessalonica Macedoniæ vrbs primaria, hoc etiam tempore frequens & nobilis commercio Salonica vocatur. *Gratia vobis & pax.* Græcè additur, à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo, sed superfluit. Syr. non est, & Velef. obelo id notat. Gratias agim. Deo memores 3. *Operis fidei.* i. constantiæ in fide. Aut fidei, quæ in opus prodit; alioqui inanis est. Aut potius operis & fidei, vt coniunctio suppleatur, vt mox. *Laboris & charitatis.* Græc. deest coniunctio, Et, sed suppleatur, sic enim planior sententia manet. Sicut proximis verbis. *Et sustinentiæ spei.* Gothic. & sustinentiæ & spei. Quæ lectio placet, ne opus sit exquire, quæ sit sustinentia, seu tolerantia spei. *Domini nostri,* pro, spei in Domino nostro. *Ante Deum,* seu coram Deo. Quod iungatur, aut cum memores. s. sumus coram Deo, aut cum fidei vestræ, aut cum gratias agimus.

Scientes. s. nos gratias agimus. *Dilecti,* à Deo electionem, sic distingue. Nempe signa erant, quæ monstrarent à Deo illos esse electos.

5. *Sed in virtute,* fuit nostra prædicatio. i. miraculis. *Plenitudine.* πληροφωεια certitudine, plena cognitione prædicatio fuit.

6. *Imitatores nostri estis.* In quo? in tolerantia persecutionum propter Euangelium. *In tribulatione.* i. persecutione, quæ propterea excitata est.

8. *Diffamatus.* ἐξήνηται diuulgatus est sermo. i. hæc fama vestræ fidei & constantiæ. *Vt non sit nobis necesse,* eam illis nunciare.

9. *De nobis annunciant.* s. quàm efficax fuerit noster aduentus ad vos. s. ex vestro de nobis testimonio, vestraque fama.

CAPVT II.

Non inanis. i. inefficax & sine fructu fuit noster ad vos introitus.

2. *Fiduciam habuimus.* Græc. intrepidè ausi sumus. Sic quamuis Philippis malè habitis vobis euangelizare. *Multa sollicitudine.* ἀγων pro ἀγωνία, quæ vox sollicitudinem significat & anxietatem. *Exhortatio nostra.* i. prædicatio: *Non de errore.* i. falsa doctrina. *Neque de immunditia.* i. re turpi, qua alliciuntur homines. *Neque in dolo.* i. dolosa, sed sincera fuit.

Neque in occasione auaritiæ. Non captauimus lucrum. Et quoniam interna Deus nouit, addit: *Deus testis est.*

7. *Oneri esse.* ἐν βάρεσι. Ambros. cum possemus honori esse, id est, graues nos ostendere. *Βάρεσι,* vtrumque significat. Sed cum possemus esse oneri alimenta exigendo, aut honore captare graues nos ostendentes. *Facti sumus paruuli.* Græc. ἡμῶσι. i. lenes, vt multi Latini cod. legunt. Sed & Robert. & Velef. cod. Græc. afferunt, qui ἡμῶσι habent. i. paruuli. i. humiles, lenes. *Tanquam,* pro, & tanquam si nutrix, vt supplet Syr. & sit noua comparatio. Alioqui quid nutrici cum paruulo nisi lenes legamus, qualis est nutrix erga suos infantes.

8. *Ita desiderantes vos.* i. ob amorem vestri.

12. *Testificati.* i. obtestati sumus. *Vt ambulatis digne Deo.* i. vt decet Dei filios.

13. *Verbum auditus Dei.* i. fidei. *Accepistis illud.* Græcè non est, illud, nec Gothic. & sine illo constat sententia. *Verbum Dei,* prout verbum Dei. *Qui operatur,* qui Deus fructificat in vobis Syr. quod (s. verbum) perficitur in vobis. Quam interpretationem Græca admittunt.

14. *A contribulibus.* i. cognatis & gente vestra eadem passi estis, quæ à Iudæis alijs.

15. *Qui & Dominum occiderunt.* Iudæi Christum occiderunt. *Omnibus hominibus aduersantur.* s. fidelibus, aut gentibus propter id quod mox sequitur. *Prohibentes gentes docere.*

16. *Vt impleat peccata.* i. mensurā, quā Deus prefixit suæ patientiæ. Aut mensurā patrū suorum. Mat. 23. v. 32. sicut similes eis. *Peruenit ira Dei.* sic lege nō præuenit, vt multi cod. habent. *Vsq; in finē.* i. perpetuo, vel vsq; ad summū, vt Syr. & irā Dei vocat excæcationē, aut excidiū Ierusalē, quod instabat. nos autē,